



22102974



International Baccalaureate®
Baccalauréat International
Bachillerato Internacional

**LATÍN
NIVEL MEDIO
PRUEBA 2**

Viernes 21 de mayo de 2010 (mañana)

1 hora 30 minutos

INSTRUCCIONES PARA LOS ALUMNOS

- No abra este examen hasta que se lo autoricen.
- Responda a tres preguntas de dos géneros literarios solamente.

Responda a **tres** preguntas de **dos** géneros literarios **solamente**. Su respuesta debe basarse en los **dos** géneros literarios estudiados.

Género: Poesía elegíaca y lírica

Pregunta 1. Catulo 10.1–20

Varus me meus ad suos amores
visum duxerat e foro otiosum,
scortillum (ut mihi tum repente visum est)
non sane illepidum neque invenustum,
5 huc ut venimus, incidere nobis
sermones varii, in quibus, quid esset
iam Bithynia, quo modo se haberet,
et quonam mihi profuisset aere.
respondi id quod erat, nihil neque ipsis
10 nec praetoribus esse nec cohorti,
cur quisquam caput unctius referret,
praesertim quibus esset irrumator
praetor, nec faceret pili cohortem.
“at certe tamen,” inquiunt “quod illic
15 natum dicitur esse, comparasti
ad lecticam homines.” ego (ut puellae
unum me facerem beatiorem)
“non” inquam “mihi tam fuit maligne
ut, provincia quod mala incidisset,
20 non possem octo homines parare rectos.”

- (a) ¿Por qué resulta sorprendente que Catulo no tenga una posición económica mejor? ¿Por qué no la tiene? [4 puntos]
- (b) *scortillum ... invenustum* (versos 3–4). ¿Qué piensa Catulo aquí de la muchacha? [3 puntos]
- (c) Mida los versos 12–13 (*praesertim ... cohortem*). [2 puntos]
- (d) Traduzca *at certe ... homines* (versos 14–16). [3 puntos]
- (e) *non inquam ... rectos* (versos 18–20). ¿Qué afirma Catulo aquí? ¿Es verdad? ¿Por qué lo afirma? [3 puntos]

Género: Poesía elegíaca y lírica

Pregunta 2. Horacio Odas 3.15

uxor pauperis Ibyci,
tandem nequitiae fige modum tuae
famosisque laboribus;
maturo propior desine funeri
5 inter ludere virgines
et stellis nebulam spargere candidis.
non, si quid Pholoen satis,
et te, Chlori, decet. filia rectius
expugnat iuvenum domos,
10 pulso Thyias uti concita tympano.
illam cogit amor Nothi
lasciva similem ludere capreae:
te lanae prope nobilem
tonsae Luceriam, non citharae decent
15 nec flos purpureus rosae
nec poti vetulam faece tenus cadi.

- (a) ¿Qué está diciendo básicamente aquí el poeta? ¿Qué aporta a ello *pauperis* (verso 1)? [3 puntos]

(b) Verso 3: ¿de quién son normalmente los *labores* cuando se califican de *famosi*? ¿Qué es lo que eso implica aquí? [3 puntos]

(c) *stellis ... candidis* (verso 6). ¿Qué imagen se representa aquí? ¿Cómo se relaciona con el tema central, y como se refuerza con el orden de las palabras? [3 puntos]

(d) *filia ... tympano* (versos 8–10). ¿Con quién se compara a la *filia*? ¿Qué implica la comparación, y de qué modo es su conducta inusual? [3 puntos]

(e) Traduzca *te lanae ... cadi* (versos 13–16). [3 puntos]

Género: Épica**Pregunta 3. Virgilio *Eneida* 6.255–272**

255 ecce autem primi sub limina solis et ortus
 sub pedibus mugire solum et iuga coepta moveri
 silvarum, visaeque canes ululare per umbram
 adventante dea. “procul, o procul este, profani,”
 conclamat vates, “totoque absistite luco;
 260 tuque invade viam vaginaque eripe ferrum:
 nunc animis opus, Aenea, nunc pectore firmo.”
 tantum effata furens antro se immisit aperto;
 ille ducem haud timidis vadentem passibus aequat.
 di, quibus imperium est animarum, umbraeque silentes
 265 et Chaos et Phlegethon, loca nocte tacentia late,
 sit mihi fas audita loqui, sit numine vestro
 pandere res alta terra et caligine mersas.
 Ibant obscuri sola sub nocte per umbram
 perque domos Ditis vacuas et inania regna:
 270 quale per incertam lunam sub luce maligna
 est iter in silvis, ubi caelum condidit umbra
 Iuppiter, et rebus nox abstulit atra colorem.

- (a) *procul, o procul este, profani* (verso 258). ¿Qué propósito tenía esta fórmula? [3 puntos]
- (b) *Aenea* (verso 261) ¿en qué caso está la palabra? ¿Cómo refuerza el caso lo que se ha dicho en el verso 260? ¿Cuál es el efecto retórico de estas palabras? [4 puntos]
- (c) *di ... mersas* (versos 264–267). ¿A quién se refiere *mihi* (verso 266)? Dé dos posibles motivos para incluir esta plegaria en este lugar. [3 puntos]
- (d) Mida los versos 266–267 (*sit mihi ... mersas*). [2 puntos]
- (e) Traduzca *ibant ... regna* (versos 268–269). [3 puntos]

Género: Épica**Pregunta 4. Virgilio *Eneida* 6.417–429**

Cerberus haec ingens latratu regna trifaci
 personat adverso recubans immanis in antro.
 cui vates horrere videns iam colla colubris
 420 melle soporatam et medicatis frugibus offam
 obicit. ille fame rabida tria guttura pandens
 corripit obiectam, atque immania terga resolvit
 fusus humi totoque ingens extenditur antro.
 occupat Aeneas aditum custode sepulso
 425 evaditque celer ripam inremeabilis undae.
 continuo auditae voces vagitus et ingens
 infantumque animae flentes, in limine primo
 quos dulcis vitae exsortis et ab ubere raptos
 abstulit atra dies et funere mersit acerbo.

- (a) ¿Dónde estaba Eneas y por qué? [2 puntos]
- (b) *cui vates ... antro* (versos 419–423). Elija **dos** ejemplos de detalles narrativos en esta sección y examine su efecto. [4 puntos]
- (c) Mida los versos 421–422 (*obicit ... resolvit*). [2 puntos]
- (d) Traduzca *occupat ... undae* (versos 424–425). [3 puntos]
- (e) *continuo ... acerbo* (versos 426–429). ¿Cuál es el estado emocional que se describe en esta sección? Elija **tres** palabras o expresiones que contribuyan a describir dicha emoción. [4 puntos]

Género: Historiografía

Pregunta 5. Tito Livio 1.3.3–4

nondum matus imperio Ascanius Aeneae filius erat; tamen id imperium ei ad puberem aetatem incolume mansit; tantisper tutela muliebri—tanta indoles in Lavinia erat—res Latina et regnum avitum paternumque puerō stetit. haud ambigam—quis enim rem tam veterem pro certo adfirmet?—hicine fuerit
 5 Ascanius an maior quam hic, Creusa matre Ilio incolumi natus comesque inde paternae fugae, quem Iulum eundem Iulia gens auctorem nominis sui nuncupat. is Ascanius, ubicumque et quacumque matre genitus—certe natum Aenea constat—abundante Lavinii multitudine florentem iam ut tum res erant atque opulentam urbem matri seu novercae relinquit, novam ipse aliam sub Albano
 10 monte condidit quae ab situ porrectae in dorso urbis Longa Alba appellata. inter Lavinium et Albam Longam coloniam deductam triginta ferme interfuerent anni.

- (a) *tanta indoles in Lavinia erat* (líneas 2–3). ¿Quién era Lavinia, y por qué era importante este comentario sobre ella? [3 puntos]
- (b) *haud ambigam ... fugae* (líneas 4–6). ¿Qué aprendemos en este pasaje sobre la capacidad de discriminación histórica de Tito Livio? [3 puntos]
- (c) *quem Iulum ... nuncupat* (línea 6). ¿Por qué no sorprende que Tito Livio incluya este detalle, pero sí que lo cuente de esta manera? [3 puntos]
- (d) *opulentam ... relinquit* (línea 9). ¿Qué responsabilidad asumió Lavinia y por qué? [3 puntos]
- (e) Traduzca *novam ipse ... appellata* (líneas 9–10). [3 puntos]

Género: Historiografía**Pregunta 6. Tito Livio 1.8.1–3**

rebus divinis rite perpetratis vocataque ad concilium multitudine quae coalescere in populi unius corpus nulla re praeterquam legibus poterat, iura dedit; quae ita sancta generi hominum agresti fore ratus, si se ipse venerabilem insignibus imperii fecisset, cum cetero habitu se augustiorem, tum maxime lictoribus duodecim 5 sumptis fecit. alii ab numero auium quae augurio regnum portenderant eum secutum numerum putant. me haud paenitet eorum sententiae esse quibus et apparitores hoc genus ab Etruscis finitimi, unde sella curulis, unde toga praetexta sumpta est, et numerum quoque ipsum ductum placet, et ita habuisse Etruscos quod ex duodecim populis communiter creato rege singulos singuli populi 10 lictores dederint.

- (a) *rebus ... dedit* (líneas 1–2). ¿Qué intentaba conseguir Rómulo? ¿Qué pensó que tenía que hacer si quería lograrlo? [2 puntos]
- (b) *quae ita ... fecit* (líneas 2–5). ¿Qué sector de la población era menos probable, en opinión de Rómulo, que aceptase su autoridad? ¿Qué **dos** medidas tomó para persuadirlos? [3 puntos]
- (c) Demuestre, con referencia a fragmentos concretos de este pasaje, la habilidad de Tito Livio para juzgar la evidencia histórica. [4 puntos]
- (d) Nombre **tres** objetos o prácticas que, según Tito Livio, los romanos habían tomado prestados de los etruscos. [3 puntos]
- (e) Traduzca *alii ... putant* (líneas 5–6). [3 puntos]

Género: Cartas**Pregunta 7. Plinio *Cartas 3.5.7–9***

miraris quod tot volumina multaque in his tam scrupulosa homo
 occupatus absolverit? magis miraberis si scieris illum aliquamdiu causas
 actitasse, decessisse anno sexto et quinquagensimo, medium tempus distentum
 impeditumque qua officiis maximis qua amicitia principum egisse. sed erat
 5 acre ingenium, incredibile studium, summa vigilantia. lucubrare Vulcanalibus
 incipiebat non auspicandi causa sed studendi statim a nocte multa, hieme vero ab
 hora septima vel cum tardissime octava, saepe sexta. erat sane somni paratissimi,
 non numquam etiam inter ipsa studia instantis et deserentis. ante lucem ibat ad
 10 Vespasianum imperatorem (nam ille quoque noctibus utebatur), inde ad delegatum
 sibi officium.

- (a) ¿Sobre quién se habla en este fragmento? ¿Cuál es su relación con el autor de esta carta? ¿Qué logro especial le ha sido atribuido ya en esta carta? [3 puntos]
- (b) *miraris ... magis miraberis* (líneas 1–2). Explique el efecto retórico de estas palabras. [3 puntos]
- (c) ¿Qué edad tenía la persona a la que se refiere esta carta cuando murió? ¿Cuál era el propósito de mencionar ese hecho? [3 puntos]
- (d) *erat sane ... deserentis* (líneas 7–8). ¿Qué tres cosas se dicen sobre el sueño de esa persona? [3 puntos]
- (e) Traduzca *ante lucem ... officium* (líneas 8–10). [3 puntos]

Género: Cartas**Pregunta 8. Plinio *Cartas* 9.33.1–4**

incidi in materiam veram sed simillimam fictae, dignamque isto laetissimo altissimo planeque poetico ingenio; incidi autem, dum super cenam varia miracula hinc inde referuntur. magna auctori fides: tametsi quid poetae cum fide? is tamen auctor, cui bene vel historiam scripturus credidisses. est in Africa Hipponeⁿensis 5 colonia mari proxima. adiacet navigabile stagnum; ex hoc in modum fluminis aestuarium emergit, quod vice alterna, prout aestus aut repressit aut impulit, nunc infertur mari, nunc redditur stagno. omnis hic aetas piscandi navigandi atque etiam natandi studio tenetur, maxime pueri, quos otium lususque sollicitat. his gloria et virtus altissime provehi: victor ille, qui longissime ut litus ita simul 10 natantes reliquit. hoc certamine puer quidam audentior ceteris in ulteriora tendebat. delphinus occurrit, et nunc praecedere puerum nunc sequi nunc circumire, postremo subire deponere iterum subire, trepidantemque perferre primum in altum, mox flectit ad litus, redditque terrae et aequalibus.

- (a) *incidi ... referuntur* (líneas 1–3). Cite **tres** palabras o expresiones de esta sección que indiquen la actitud de Plinio hacia la historia que está a punto de contar. [3 puntos]
- (b) *magna ... credidisses* (líneas 3–4). Sugiera **tres** palabras o expresiones que indiquen las dudas de Plinio sobre la historia que está a punto de contar y su confianza en ella. [3 puntos]
- (c) *piscandi ... natandi* (líneas 7–8). ¿Qué **tres** actividades se permitían los muchachos locales? ¿Cuál le sorprendió y cómo lo sabemos? [3 puntos]
- (d) Traduzca *his gloria ... reliquit* (líneas 9–10). [3 puntos]
- (e) *hoc certamine ... puerum* (líneas 10–11). Elija y analice **tres** palabras o expresiones de esta sección que, en su opinión, ejemplifiquen la habilidad de Plinio como narrador. [3 puntos]

Género: Sátira**Pregunta 9. Juvenal 3.1–20**

quamvis digressu veteris confusus amici
 laudo tamen, vacuis quod sedem figere Cumis
 destinet atque unum civem donare Sibyllae.
 ianua Baiarum est et gratum litus amoeni
 5 secessus. ego vel Prochytam praepono Suburae;
 nam quid tam miserum, tam solum vidimus, ut non
 deterius credas horrere incendia, lapsus
 tectorum adsiduos ac mille pericula saevae
 urbis et Augusto recitantes mense poetas?
 10 sed dum tota domus raeda componitur una,
 substitit ad veteres arcus madidamque Capenam.
 hic, ubi nocturnae Numa constituebat amicae
 (nunc sacri fontis nemus et delubra locantur
 Iudaeis, quorum cophinus fenumque supellex;
 15 omnis enim populo mercedem pendere iussa est
 arbor et electis mendicat silva Camenis),
 in vallem Egeriae descendimus et speluncas
 dissimiles veris. quanto praesentius esset
 numen aquis, viridi si margine cluderet undas
 20 herba nec ingenuum violarent marmora tofum.

- (a) *Prochytam ... Suburae* (verso 5). Identifique los **dos** lugares y explique el propósito de la frase. [3 puntos]
- (b) *Augusto ... poetas* (verso 9). Explique la broma. [3 puntos]
- (c) Traduzca *sed dum ... Capenam* (versos 10–11). [3 puntos]
- (d) Mida los versos 12–13 (*hic ubi ... locantur*). [2 puntos]
- (e) *in vallem ... tofum* (versos 17–20). Explique qué se objeta aquí. [4 puntos]

Género: Sátira**Pregunta 10. Juvenal 3.190–207**

190 quis timet aut timuit gelida Praeneste ruinam
 aut positis nemorosa inter iuga Volsiniis aut
 simplicibus Gabiis aut proni Tiburis arce?
 nos urbem colimus tenui tibicine fultam
 magna parte sui; nam sic labentibus obstat
 195 vilicus et, veteris rimae cum texit hiatum,
 securos pendente iubet dormire ruina.
 vivendum est illic, ubi nulla incendia, nulli
 nocte metus. iam poscit aquam, iam frivola transfert
 Ucalegon, tabulata tibi iam tertia fumant:
 200 tu nescis; nam si gradibus trepidatur ab imis,
 ultimus ardebit quem tegula sola tuetur
 a pluvia, molles ubi reddunt ova columbae.
 lectus erat Codro Procula minor, urceoli sex
 ornamentum abaci, nec non et parvulus infra
 205 cantharus et recubans sub eodem marmore Chiron,
 iamque vetus Graecos servabat cista libellos
 et divina opici rodebant carmina mures.

- (a) *quis timet ... arce?* (versos 190–192). Explique el impacto retórico de esta pregunta. [3 puntos]
- (b) *nam sic ... ruina* (versos 194–196). ¿A quién se refiere *vilicus*? ¿Qué prácticas engañosas lleva a cabo? [3 puntos]
- (c) *iam ... iam ... iam* (versos 198–199). Explique el impacto retórico de la repetición, mostrando en especial su pertinencia a la narración. [4 puntos]
- (d) Mida los versos 204–205 (*ornamentum ... Chiron*). [2 puntos]
- (e) Traduzca *iamque ... mures* (versos 206–207). [3 puntos]